

Quæst. 36. Quem fructum percipis ex
sancta conceptione & nativitate
Christi?

R E S P. *Quod is noster sit Mediator, & sua innocen-
tia & perfecta sanctitate mea peccata, in qui-
bus conceptus sum tegat, ne in conspectum Dei
veniant.*

AD redemptionis munus præclarissimum per-
ficiendum, non fuit satis Mediatorem
nostrum esse Deum: sed verum quo-
que hominem esse oportuit: ut supra
vidimus.

Hac de causa ἐνσάρκωσις Filij Dei cum fine,
effectu & fructu accuratè ex
Fidei symbolo demonstranda
& declaranda.

Magnum pietatis mysterium incarnatio-
nem Filij Dei esse, exclamat A-
postolus I. Tim. 3,16.

Rectè mi Paulle extollis premium myste-
rij hujus.

De rebus n. non abjectis in eo agitur,
sed revelatione Filij Dei, quo in
absconditi sunt omnes thesauri, sa-
pientiæ. Col. 2,3.

Quoniam igitur Deus nos dignatus est my-
sterij istius revelatione beare:
age gratitudinis debitæ ergò,
doctrinam istam accuratiùs
meditemur.

Conjunctim autem doctrinam σωματική^ω
considerabimus,

I. De